

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

libus habet CAPUT CHRISTUM positum in  
caelestibus, quod gubernat corpus suum, etsi  
separatum à visione, annectitur tamen chari-  
tate, *Aug. in Ps. 56.*

Impii sunt membra Diaboli, *Ambros. in*

*Pf. 35.*

Die wehrte Christenheit nur einen Hirten  
kennet/

Der Jesus Christus ist/ und sich die Thür  
hier nennet:

Wer nicht durch diese Thür zum  
Schaaffstall gehet ein/

Der wird dem Volff zu theil/ und muß  
verlohren seyn.

Ex Luc. I. 64.

*Alma fides linguam solvit, quam clauserat ante  
Tarda fides. Verbo crede, beatus eris.*

ORACULUM SACRUM XXXVIII.

*Marc. IX. 23.*

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ ἰσθὺς εἶπεν τῷ μαρτὶ τῷ πνεύματι: Τὸ ἐν  
δύναμι καὶ ἐν ἐξουσίαι: πάντα δύναται τῷ πνεύματι.

*Versa*

*Versio vulgata.*

JESUS ait patri pueri (Lunatici): Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti.

*Versio B. LUTHERI.*

JESUS sprach zu den Vater des (Wunschichtigen) Kindes: wenn du kanst glauben: Alle Dinge seynd möglich/ den/ der da glaubet.

## N O T Æ.

1. Articulus τὸ ἡ. ἰ. pronominis demonstrativi vim obtinet. Το εἰ δύνῃσαι πισῦσαι προτῆρ, hoc si pates credere, scil. me tibi posse succurrere (quod paullo ante parens dixerat) nihil non à me impetrabis.

2. Credenti omnia sunt possibilia teste h. l. ipso Salvatore. Possibilitas autem non est fingenda in iis rebus, quæ non habent in scriptura mandatum aut promissionem divinam. Sunt enim relata promissio & fides. His præsuppositis ita colligo:

Quicquid in sacris literis non habet mandatum aut promissionem divinam illud non est fingendum possibile. Sed elevatio animæ  
in

in cœlum ad spectabile, ut ibi manducet Christi corpus & bibet ejus sanguinem, in sacris literis non habet mandatum aut promissionem divinam.

E. non est fingenda possibilis contra Calvinianos, qui hoc sacro oraculo abutuntur & ex eo probare conantur, animam fidelem virtute & efficacitate Spiritus sancti in cœlum usq. evehi, ibiq. Christi carnem manducare & ejus sanguinem biberere. Vid. Sadeel T. 2. de Sacram. manduc. p. 55. Cingl. in subsid. f. 245. P. Martyr. in Locis f. 1595. ubi scribit carnem Christi esse nobis in cœna presentem presentia fidei, quæ tanta sit efficacitatis, ut res absentes faciat presentes, non quidem realiter & substantialiter, sed spiritualiter. Verum hunc errorem masculè profligarunt B. Menzerus Elench. Error. Antonii Sadeelis in Libello de Sacramentali Manducatione carnis Christi cap. III. p. 58. & cum primis in annexa tractatione de Spirituali Mandicatione, p. 333. & seqq. M. Fridericus Petri in Admonitione: Num fides possit supra cœlos evolare p. 10. & seqq.

3. Universalis igitur particula πάντα h. l. non est simpliciter accipienda pro singulis rebus termini universaliter indicati, sed ad speciem cui propriè competit, restringenda contra eosdem. Neg

Nec 4. ex h. l. probari potest possibilitas implendi legem divinam. Credenti enim omnia sunt possibilis non absolute & simpliciter, sed secundum verbum DEi quatenus id possibilis tradit. Hoc autem homini mero impossibile esse legis impletionem docet, contra Pontificios, qui hominem renatum legem DEi non perfecte tantum, sed & super abundanter implere & hac perfectione remissionem peccatorum ac vitam eternam consequi posse dicunt. Vid. Concil. Trident. sess. 6. can. 18. Bellarm. lib. 4. de Justif. c. 10. & lib. 1. de Monach. cap. 13. & passim.

Sad veniamus nunc ad examen  
ORTHODOXÆ ANTIQVITATIS.

Quanta fiducia vox est: Omnia possumus in eo, qui me confortat. Nihil omnipotentiam verbi clariorem reddit, quam quod omnipotentes facit omnes, qui in se sperant. Denique omnia possibilis sunt credenti. An non omnipotens cui omnia possibilis sunt, Bernh. serm. 85. in Cantic.

Fides in totum prodest, tantumque nos possumus, quantum credimus, Cyprianus ad Quirinum lib. 3. cap. 24.

Lingvam, quam vixerat incredulitas, fides solvit, Ambros. lib. 2. in cap. Luc. 1. Tom. 4. p. 610. C.

Intel-

Intellectui viam fides aperit, infidelitas  
 claudit, *Augustinus.*

Die Sprache ist verlohren: Was bringt dies  
 selbe wieder?

Das thut der Glaub allein; Drum lerne  
 hier ein jeder

Des Glaubens grosse Krafft/ und  
 gläub an Jesum Christ:

Dem der an Christum gläubt/ es alles  
 möglich ist.

Ex v. 69.

*Exacuant hastas & fidant cornibus hostes:*

*Tu nobis CORNU, Christe! salutis eris.*

## ORACULUM SACRUM XXXIX

*Pf. XVIII. 3.*

TEXTUS EBREÛS SACER.

יְהוָה סֵלַעִי וּמַצְרֵתִי וּמַבְלֵטִי  
 אֵלֵי צוּרֵי אַחֲסָה בּוֹ מִנֵּי וּמִן  
 יִשְׁעֵי מַשְׁבְּנֵי:

*Versio Vulgata.*

Dominus petra mea, & arx mea,  
 &